Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



101

talia diceret. magna tamen patientiae laude fulgeret. Si quia hoc pur-
puratus rex. et prophetarum dicebat eximius. humilitatis ei exemplum.
per universum mundum diffusa laudat ecclesia. Quae ideo maxime inter uir-
tutes eximias humilitas honorata consurgit. quo eam dignatio maiesta-
tis assumpsit. Dixit abbas antonius. Vidi omnis laqueos inimici tensos in
terra et ingemiscens dixi. Quis putas transiet istos. Et audiui uocem dicen-
tem, humilitas. Dicebat abbas serapion. quia multos labores corporales
plusquam filius meus zacharias feci. et non puem admensuras humilita-
tis et taciturnitatis eius, abbas moyses dixit fratri zachariae. Dic mihi quid
faciam. Ille tollens cucullam de capite suo. misit illam sub pedibus suis.
et conculcans eam dixit. Hisi ita conculcatus fuerit homo. non potest mo-
nachus ee. Interrogatus senex quare inquietaretur ad demonib. Respon-
dit. quia arma nostra abiecimus. quae sunt contumeliae. humilitas. pau-
pertas. et patientia. Interrogatus senex. quid esset perfectio hominis. Re-
spondit. perfectio hominis est humilitas. Quantum enim quis ad humilita-
tem profecerit et inclinatus fuerit. tantum eleuabitur ad perfectum. qua
humilitas magnum opus est et diuinum. Via autem humilitatis hec est.
ut labores corporales assumere debeat homo. et habeat se ipsum pecca-
torem. et ponat se subiectum omnib. et non adtendat aliena peccata.
sed sua semper aspiciat. et deprecetur pro illis sine intermissione deum.

n NEMO ENIM DE PACE.

Nemo se apud deum magis exaltat. quam qui se apud semetipsum pro
deum humiliat. Ad hoc enim a domino humilis exaltabitur. ut filius
dei et heres xpi uocetur. Tantum est ut pacem sequatur. quia pacem
querere debet. et sequi filius pacis. Talem enim nos admonens apls ait.
Pacem sequamur cum omnib. et sanctimoniam. sine qua nemo uidebit
deum. Ipse quoq; dominus meuangelio ait. Beati pacifici. quo filii di
uocabuntur. Iam et inter sua diuina mandata et magisteria salutaria
passioni iam proximus. hoc nobis praeceptum atq; mandatum commendauit
saluator custodiendum. Ait enim. Pacem meam do uobis. pacem meam
commendo uobis. Hanc nobis hereditatem ascendens in celum reliquit.
et sequi eam psuum fidelissimum regem dauid atq; prophetam man-
dauit. Ait enim. Declina a malo. et fac bonum. inquire pacem. et sequ-
re eam. Si hanc enim sincero corde sequi uoluerimus. xpi heredes
erimus. Si autem heredes xpi cupimus ee. in xpi pace debemus uersari.
Si filii di sumus. pacifici ee debemus. Pacificos enim ee oportet di filios.